UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 10. De zelo animarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

CAP. X.

De Zelo Animarum.

BOnitatis infinitæ ſummè communicativæ proprium
eſt, ut non intra ſeipſam duntaxat operetur median-
tibus æternis Divinarum Perſonarum Proceſſionibus;
verùm etiam extra ſe, in temporaneâ creaturarum, præ-
ſertim ratione præditarum productione: unde Naturæ
Divinæ proprium eſt Deificare, propriam ſuam com-
municando naturam.

Primò, per eſſentiam Filio ſuo naturali. Secundò, S. Tho. 1. 2.
per participationem Filiis adoptivis (ſicut *proprium* q. 12. a. 1.
ignis eſt, ignire, docet Angelicus) ut *Unigenitus,*
qui erat in ſinu Patris, ſit etiam Primogenitus in multis Rom. 8.
fratribus. Ad primam operationem, quam habet Deus
intra ſeipſum, non admittit ullius creaturæ coopera-
tionem: ſic tamen ad ſecundam, in ordine ad ſancti-
ficationem animarum. Et ad hanc actionem, in-
quit Chryſoſtomus, concurrunt Chriſtus, Angeli, &
homines: *Chriſtus, ut Dominus: Angeli, ut ſervi: nos* Hom. 3.
ut conſervi; proindè hoc eſt opus Angelicum, omnia Hebr. 1.
facere pro ſalute proximorum: magis autem hoc eſt
opus CHRISTI. Miniſterium converſionis animarum
opus eſt, non humanum tantùm; ſed & Angelicum.
Quænam major exprimi poteſt dignitas, quàm dice-
re cum Apoſtolo: *Dei adjutores ſumus:* Et cum di- 1. Cor. 3.
lecto Diſcipulo S. Joanne: *Cooperatores ſumus veri-* epiſt. 3.
tatis? Et Dei cooperationem, juxta Areopagitam, De myſt.
Divinam in ſeipſo oſtendere actionem, ſecundùm Theol. c. 3.
quod poſſibile eſt, relucentem; eſt omnium Divinorum
Divinisſimum.

Inſuper adjutorium animarum operatio utiliſſima eſt. S. Amb.
De Angelis affirmat S. Ambroſius: *Angeli ſine zelo nihil* apud Bon.
ſunt, & ſubſtantiæ ſuæ amitterent prærogativam, niſi de lum-
ine zeli ardore ſuſtinerent. Et ſecundùm doctrinam Eccl. 10. 1.
Areopagitæ: *Si ſuperiores Angeli nollent influere in* ſerm. 2.
inferiores; clauderent ſibi viam influentiæ à ſuperiori.

Jerem.15. Et per os Jeremiæ promittit Deus: *Si converteris*
vertam te. q. d. Ita tecum agam, uti te geres cum
mo tuo: Si eum de peccato reduxeris, & conver
ſtatum gratiæ, de afflictione te convertam ad co
Cor. 1. Hom. 2. tionem. Ratio hujus eſt, juxta S. Chryſoſtomum
mnes homines in charitate *ſint invicem colliga*
propterea *non permittit Deus, ut quis veniat in pro*
utilitatem, niſi tranſeat per alienam: cum utilitat
junctum eſt gaudium & conſolatio: *Conſolatur nos*
1. Cor. 1. dicebat Apoſtolus, *ut poſſimus nos conſolari eos, qui*
S. Thom. ib. *mni preſſura ſunt. Qui non eſt conſolatus, niſi*
Hæc eſt altiſſima Religioſi profeſſio, vocati ad
ctiſſimum ſtatum vitæ mixtæ pro fine habentem
propriam duntaxat; ſed proximi quoque ſancti
de quo ſtatu, Divina adjuvante gratia, tractab
præſenti exercitio. Ac primò, de modo uni
verſandi cum proximo in genere. Secundò, de
excipiendi confeſſiones. Tertiò, de modo præd
ſeu concionandi.

CAP. XI.

De modo converſandi cum proximo.

INter omnia miniſteria & exercitia animarum
utilia, illud imprimis Sacri Doctores cenſuerunt
dè proficuum, in quo cum ædificatione conver
cum proximo noſtro. Idque confirmatur ex
Chriſti D. N. qui propterea, ut docet S. Thomas,
elegit vitam ſolitariam, ſed ſocialem. Verum, ut
converſatio talis ſit, qualis à nobis requir
ſuumque ſortiatur finem, nonnullas exigit con
nes.

Prima, debet eſſe ſpiritualis propter ſpiritualem
marum ſalutem: non ſæcularis, neque propter
ſæcularia inſtituenda eſt. *Nemo militans Deo,*
2. Tim. 2. Apoſtolus, *implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Rat
quia finis Religionis eſt Charitas Dei & proximi: